



NSW Education Standards Authority

2019 HIGHER SCHOOL CERTIFICATE EXAMINATION

Latin Continuers

**General
Instructions**

- Reading time – 5 minutes
- Working time – 3 hours
- Write using black pen
- Monolingual and/or bilingual print dictionaries may be used

**Total marks:
100**

Section I – 33 marks (pages 2–4)

- Attempt Questions 1–3
- Allow about 1 hour for this section

Section II – 33 marks (pages 5–7)

- Attempt Questions 4–6
- Allow about 1 hour for this section

Section III – 34 marks (pages 8–11)

- Attempt Questions 7–10
- Allow about 1 hour for this section

Section I — Prescribed Text – Cicero, *Pro Archia*

33 marks

Attempt Questions 1–3

Allow about 1 hour for this section

Answer each question in a SEPARATE writing booklet. Extra writing booklets are available.

Question 1 (5 marks)

Translate the extract into ENGLISH. The translation should be written on alternate lines. **5**

Hac tanta celebritate famae cum esset iam absentibus notus, Romam venit Mario consule et Catulo. Nactus est primum consules eos quorum alter res ad scribendum maximas, alter cum res gestas tum etiam studium atque auris adhibere posset. Statim Luculli, cum praetextatus etiam tum Archias esset, eum domum suam receperunt. Dedit etiam hoc non solum lumen ingeni ac litterarum, verum etiam naturae atque virtutis ut domus, quae huius adulescentiae prima favit, eadem esset familiarissima senectuti. (5)

Question 2 (13 marks) Use a SEPARATE writing booklet.

Read the extracts and then answer the questions that follow.

- (a) *Hic* tu tabulas desideras Heracliensium publicas, quas Italico bello incenso tabulario interisse scimus omnes? Est ridiculum ad ea quae habemus nihil dicere, quaerere quae habere non possumus, et de hominum memoria tacere, litterarum memoriam flagitare et, cum habeas amplissimi viri religionem, integerrimi municipi ius iurandum fidemque, ea quae depravari nullo modo possunt repudiare, tabulas quas idem dicis solere corrumpi desiderare. (8)
- (i) What part of speech is *Hic*? **1**
- (ii) Outline how Cicero uses word placement to make Grattius' expectations appear absurd. **3**
- (b) Quae cum ita sint, quid est quod de eius civitate dubitetis, praesertim cum aliis quoque in civitatibus fuerit ascriptus? Etenim cum mediocribus multis et aut nulla aut humili aliqua arte praeditis gratuito civitatem in Graecia homines impertiebant, Reginos credo aut Locrensis aut Neapolitanos aut Tarentinos, quod scaenicis artificibus largiri solebant, id huic summa ingeni praedito gloria *noluisse*! Quid? Cum ceteri non modo post civitatem datam sed etiam post *legem Papiam* aliquo modo in eorum municipiorum tabulas inrepererunt, hic qui ne utitur quidem illis in quibus est scriptus, quod semper se Heracliensem esse voluit, reicietur? (10)
- (i) Identify the form of the verb *noluisse* and the type of clause in which it is being used. **2**
- (ii) What made the Papian law (*legem Papiam*) the basis for the prosecution of Archias? **2**
- (iii) Explain how THREE of the rhetorical techniques used by Cicero in this extract strengthen his assertion that his client is entitled to Roman citizenship. **5**

Your answer will be assessed on how well you:

- demonstrate knowledge and understanding of the text as a work of literature
 - present a logical and cohesive response to the question, supported by relevant examples
-

Question 3 (15 marks) Use a SEPARATE writing booklet.

Read the extract and then answer the question that follows.

Certe, si nihil animus praesentiret in posterum, et si, quibus regionibus vitae spatium circumscriptum est, isdem omnis cogitationes terminaret suas, nec tantis se laboribus frangeret neque tot curis vigiliisque angeretur nec totiens de ipsa vita dimicaret. Nunc insidet quaedam in optimo quoque virtus, quae noctes ac dies animum gloriae stimulis concitat atque admonet non cum vitae tempore esse dimittendam commemorationem nominis nostri, sed cum omni posteritate adaequandam. An vero tam parvi animi videamur esse omnes qui in re publica atque in his vitae periculis laboribusque versamur ut, cum usque ad extremum spatium nullum tranquillum atque otiosum spiritum duxerimus, nobiscum simul moritura omnia arbitremur? An statuas et imagines, non animorum simulacra, sed corporum, studiose multi summi homines reliquerunt; consiliorum relinquere ac virtutum nostrarum effigiem nonne multo malle debemus summis ingeniis expressam et politam? Ego vero omnia quae gerebam iam tum in gerendo spargere me ac disseminare arbitrabar in orbis terrae memoriam sempiternam. Haec vero sive a meo sensu post mortem afutura est, sive, ut sapientissimi homines putaverunt, ad aliquam animi mei partem pertinebit, nunc quidem certe cogitatione quadam speque delector. (29–30)

Explain how, in this extract, Cicero reinforces his arguments about men's attitudes towards the portrayal of their characters and achievements.

15

Section II — Prescribed Text – Virgil, *Aeneid I*

33 marks

Attempt Questions 4–6

Allow about 1 hour for this section

Answer each question in a SEPARATE writing booklet. Extra writing booklets are available.

Question 4 (5 marks) Use a SEPARATE writing booklet.

Translate the extract into ENGLISH. The translation should be written on alternate lines. **5**

perge modo atque hinc te reginae ad limina perfer.
namque tibi reduces socios classemque relatam 390
nuntio et in tutum versis Aquilonibus actam,
ni frustra augurium vani docuere parentes.
aspice bis senos laetantis agmine cycnos,
aetheria quos lapsa plaga Iovis ales aperto
turbabat caelo; nunc terras ordine longo 395
aut capere aut captas iam despectare videntur:
ut reduces illi ludunt stridentibus alis
et coetu cinxere polum cantusque dedere,
haud aliter puppesque tuae pubesque tuorum
aut portum tenet aut pleno subit ostia velo. 400

Question 5 (13 marks) Use a SEPARATE writing booklet.

Read the extracts and then answer the questions that follow.

- (a) Aeolus haec contra: “tuus, o *regina*, quid optes
explorare labor; mihi iussa capessere fas est.
tu mihi quodcumque hoc *regni*, tu scepra Iovemque
concilias, tu das epulis accumbere divum
nimborumque facis tempestatumque potentem.” 80
- (i) Name the character to whom *regina* refers. 1
- (ii) Identify and explain the case of *regni*. 2
- (iii) Outline how TWO stylistic devices in this extract express Aeolus’ subservience. 2
- (b) extemplo Aeneae solvuntur frigore membra;
ingemit et duplicis tendens ad sidera palmas
* talia voce refert: “o terque quaterque beati,
quis ante ora patrum Troiae sub moenibus altis 95
contigit oppetere! o Danaum fortissime gentis
Tydide! mene Iliacis occumbere campis
* non potuisse tuaque animam hanc effundere dextra,
saevus ubi Aeacidae telo iacet Hector, ubi ingens
Sarpedon, ubi tot Simois correpta sub undis 100
scuta virum galeasque et fortia corpora volvit!”
- (i) Copy lines 94 and 98 (marked with asterisks) into your writing booklet and scan both lines, marking the main caesura in each one. 3
- (ii) Explain how THREE of the literary techniques used in this extract convey Aeneas’ emotions. 5

Your answer will be assessed on how well you:

- demonstrate knowledge and understanding of the text as a work of literature
 - present a logical and cohesive response to the question, supported by relevant examples
-

Question 6 (15 marks) Use a SEPARATE writing booklet.

Read the extracts and then answer the question that follows.

“mene incepto desistere victam
nec posse Italia Teucrorum avertere regem?
quippe vetor fatis. Pallasne exurere classem
Argivum atque ipsos potuit sommergere ponto 40
unius ob noxam et furias Aiacis Oilei?
ipsa Iovis rapidum iaculata e nubibus ignem
disiecitque rates evertitque aequora ventis,
illum expirantem transfixo pectore flammis
turbine corripuit scopuloque infixit acuto; 45
ast ego, quae divum incedo regina Iovisque
et soror et coniunx, una cum gente tot annos
bella gero. et quisquam numen Iunonis adorat
praeterea aut supplex aris imponet honorem?”

“Tantane vos generis tenuit fiducia vestri?
iam caelum terramque meo sine numine, venti,
miscere et tantas audetis tollere moles?
quos ego—! sed motos praestat componere fluctus. 135
post mihi non simili poena commissa luetis.
maturate fugam regique haec dicite vestro:
non illi imperium pelagi saevumque tridentem,
sed mihi sorte datum. tenet ille immania saxa,
vestras, Eure, domos; illa se iactet in aula 140
Aeolus et clauso ventorum carcere regnet.”

“nate, meae vires, mea magna potentia, solus,
nate, patris summi qui tela Typhoëa temnis, 665
ad te confugio et supplex tua numina posco.
frater ut Aeneas pelago tuus omnia circum
litora iactetur odiis Iunonis acerbae,
nota tibi, et nostro doluisti saepe dolore. [...]”

Analyse Virgil’s portrayal of the gods in these extracts.

15

Section III — Unseen Texts

34 marks

Attempt Questions 7–10

Allow about 1 hour for this section

Answer each question in a SEPARATE writing booklet. Extra writing booklets are available.

Your translation will be assessed on how well you:

- demonstrate understanding of the text by translating into clear and fluent English
 - demonstrate your understanding of the content and style of the author by selecting vocabulary appropriate to the context
-

Use the following extract to answer Questions 7 and 8.

Cicero argues that exile is not the removal of citizenship as a penalty, but a freely-chosen way to escape from a worse punishment.

Exsilium enim non supplicium est, sed perfugium portusque supplicii. Nam quia volunt poenam aliquam subterfugere aut calamitatem, eo solum vertunt, hoc est sedem ac locum mutant. Itaque nulla in lege nostra reperietur, ut apud ceteras civitates, maleficium ullum exsilio esse multatum; sed cum homines vincula neces ignominiasque vitant, quae sunt legibus constitutae, confugiunt quasi ad aram in exsilium. Qui si in civitate *legis* vim subire vellent, non prius civitatem quam vitam amitterent; quia nolunt, non adimitur eis civitas, sed ab eis relinquitur atque *deponitur*. Nam, cum ex nostro iure duarum civitatum nemo esse possit, tum amittitur haec civitas denique, cum is qui profugit receptus est in exsilium, hoc est in aliam civitatem.

Cicero, *Pro Caecina*, 57–58

© Bolchazy-Garducci Publishers

<i>hoc est</i>	‘in other words’
<i>in civitate</i>	‘as citizens’

Question 7 (10 marks) Use a SEPARATE writing booklet.

Translate the first part of the extract from *Exsilium enim* to *in exsilium* into ENGLISH. The translation should be written on alternate lines. **10**

Question 8 (7 marks) Use a SEPARATE writing booklet.

Read the rest of the extract and then answer the questions that follow.

- (a) What part of speech is *legis*? **1**
- (b) Quote in LATIN the word that is the subject of *deponitur*. **1**
- (c) Quote THREE subjunctive verbs in LATIN from this part of the extract. **3**
- (d) According to this extract, why and when does a man who has fled justice lose his citizenship under Roman law? **2**

Please turn over

Use the following extract to answer Questions 9 and 10.

The Trojans explore a new land and send ambassadors to the local king.

**postera cum prima lustrabat lampade terras
orta dies, urbem et fines et litora gentis
diversi explorant: haec fontis stagna Numici,** 150
**hunc Thybrim fluvium, hic fortes habitare Latinos.
tum satus Anchisa delectos ordine ab omni
centum oratores augusta ad moenia regis
ire iubet, ramis velatos Palladis omnes,
donaque ferre viro pacemque exposcere Teucris.** 155
**haud mora, festinant iussi rapidisque feruntur
passibus.** ipse humili designat moenia fossa
moliturque locum, *primas*que in litore sedes
castrorum in morem pinnis atque aggere cingit.
iamque iter *emensi* turres ac tecta Latinorum 160
ardua cernebant iuvenes muroque subibant.

Virgil, *Aeneid* VII, 148–161

<i>Numicus, -i</i> (m)	the river Numicus
<i>Thybrim</i> (acc.)	the Tiber
<i>Latini, -orum</i> (m)	the Latins, people of Latium
<i>Anchisa</i> (abl.), <i>Anchises -ae</i> (m)	father of Aeneas
<i>ramis velatos Palladis</i>	‘wearing olive wreaths’
<i>Teucri, -orum</i> (m)	the Trojans

Question 9 (10 marks) Use a SEPARATE writing booklet.

Translate the first part of the extract from *postera* to *passibus* into ENGLISH. The translation should be written on alternate lines. **10**

Question 10 (7 marks) Use a SEPARATE writing booklet.

Read the rest of the extract and then answer the questions that follow.

- (a) Quote the LATIN word with which *primas* agrees. **1**
- (b) Quote in LATIN the word that is the object of *emensi*. **1**
- (c) Identify TWO of the defences of Aeneas' camp. Answer in ENGLISH. **2**
- (d) What THREE features of the Latins' city does Virgil mention? Answer in ENGLISH. **3**

End of paper

BLANK PAGE